HUBERTI GIPHANII A GIFFEN JURISCONSULTI CELEBERRIMI ET S. CÆS. MAJESTATIS CONSILIARII Imp. Aulici,

TRACTATUS DE DIVERSIS REGULIS *Juris antiqui utiliſſimus.*

CUM INDICE RERUM AC verborum copioſiſſimo.

Cum Gratia & Privilegio, S. Cæſ. Majeſtatis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ARGENTORATI.
Sumptibus LAZARI ZETZNERI Bibliopolæ,

CIƆ IƆ CVII.

NOBILISSIMO VIRO:

DN. LEOPOLDO A STRALENDORFF, S. C. M. INTIMO CONSILIARIO ET S. R. I. PROCANCELLARIO AMPLISSIMO.

Domino & Fautori ſuo colendiſſimo.

Haſce operum parentis ſui p. m. primitias

debitæ obſervantiæ & gratitud. ergo

D. D.

JOHANNES à GIFFEN.

INDEX LEGUM HUJUS TITULI, CUM SUIS PARAGRAPHIS ſecundum literarum ſeriem.

A.

CXL.	ABSENTIA.	pag. 193
LXX.	*Actus legitimi.*	140.153
CLVII.	*Ad ea quæ.*	131.165.238
§.1.	*Semper, qui dolo.*	119.190
§.2.	*In contractibus.*	244
CLX.	*Aliud eſt.*	91.127.185.237
§.1.	*Refertur.*	143
§.2.	*Abſurdum eſt.*	214
XLIX.	*Alterius.*	275.241

B.

CXXXV.	*Bona fides tantundem.*	pag. 192

C.

CLXIV.	*Capienda.*	pag. 107
§.1.	*Quod factum.*	94.95.97
XLVII.	*Conſilij.*	133.240.248
§.1.	*Socij mei.*	234
XXIII.	*Contractus.*	154.248
CLVIII.	*Creditor.*	233
CLXIII.	*Cui jus eſt donandi.*	194
CXLVIII.	*Cuius effectus.*	261
LIII.	*Cuius per errorem.*	232.248
L.	*Culpa caret.*	73
XXXVI.	*Culpa eſt.*	7.139.220

IN TIT. D. DE DIVERSIS REGULIS JURIS ANTIQUI, Commentarij in 2. tomos diſtributi.

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

De tituli hujus utilitate, eiq; conjuncta difficultate.

PRIUSQUAM ſingulas leges aut regulas explicemus operæpreciū eſt breviter quædam præmunire ad illas melius intelligendas. Capita autem pręmunitionum ſunt hæc: Utilitas:Definitio:diviſio: Ordo; prætereà de vulgaribus interpp. regulis, quæ Brocardicæ vocantur: & poſtremò de vitiis quæ huic titulo ineſſe videntur. Utilitas igitur hujus tractationis ſive diſputationis de R. J. prima ad conſtitutionem aut perfectionem artis aut ſcientiæ juris pertinet. Nulla enim ars aut ſcientia eſſe poteſt ſine certis præceptis aut generalibus definitionibus; Græci καθολικὰ vocant, teſte Quintiliano *lib. 2.* Regulæ autem Juris nihil ſunt aliud, quàm præcepta ac definitiones, quibus ſcientia & ars juris continetur. *l. omnis definitio h. t.* Conqueritur Cic. *lib. 1. de orat.* Jus Civile ſua ætate nondum in artem redactum fuiſſe, & ipſe de eo in artem redigendo librum